CCLXVII.

28. November 1404.

Otto Lamprecht zum Zabelstein bekennt, daz er für die pferde, die er in der hochgebornen Fürsten, *Johansen* und *Fridrichen Burggrauen zu Nuremberg*, dinste vor *Erdfurt* verloren, entschädigt sey.

Geben zu Uffenheim, am Freytage vor sand Endres tage, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quarto.

Original im Königl. Bair. Provinzialarchive zu Bamberg.

CCLXVIII.

Pabst Innocenz VII. bietet, auf Anlass Burggraf Friedrich's zu Nürnberg, die geistlichen Gerichte gegen Wucherer auf.

1. December 1404.

Innocentius episcopus, seruus seruorum dei, Venerabili fratri Episcopo Herbipolensi, Bambergensis ac beate Marie Erfordensis, Maguntinensis dioceseos ecclesiarum Decanis, Salutem et apostolicam benedictionem. Exhibita nobis pro parte dilecti filii, Nobilis viri *friderici Burggrauii Nurembergensis*, Bambergensis dioceseos, petitio continebat, quod olim tam ipse, quam etiam progenitores sui quedam Opida, Castra, Officia laicalia, Aduocatias, terras, domos, vineas, possessiones, redditus, prata, pascua, nemora, molendina, iura, iurisdictiones et nonnulla alia bona ad ipsos spectantia, datis super hoc litteris et instrumentis ac interpositis iuramentis, factis renuntiationibus et penis ac aliis quampluribus exquisitis conditionibus, cautelis et cautionibus adiectis, nonnullis tam nobilibus, quam aliis personis aliquibus earum ad uitam, et quibusdam ad non modicum tempus, ac aliis perpetuo, ad firmam uel sub annuo censu, aut loco pignorum pro pecuniarum summis, seu aliis de causis obligarunt et concesserunt et aliquibus terras et pecuniarum summas nonmodicas, ex causis minus legitimis, dare indebite promiserunt, requirendis interdum non requisitis aut consentientibus, ipseque persone huiusmodi Castra, Opida, Officia, Aduocatias, terras, domos, vineas, possessiones, redditus, pascua, prata, nemora, molendina, iura, iurisdictiones et alia bona huiusmodi pretextu obligationum predictarum per plura tempora detinentes fructus, ex eis

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nonmodicum ultra sortem ascendentes perceperunt et percipiunt, nonnulli etiam huiusmodi fructibus non contenti plurima diuersis usure exquisitis coloribus, a progenitoribus et friderico predictis per usurariam prauitatem extorserunt, ipsique progenitoribus et friderico intollerabilia damna intulerunt et adhuc ab ipso friderico indebite premissas et alias pecuniarum summas per obstagia fideiussorum ipsius friderici, aut alias per depredationes, incendia et inuasiones patrie et locorum ad ipsum fridericum spectantia extorquere non uerentur, in ipsorum animarum periculum et dicti friderici non modicum detrimentum. Quare pro parte dicti friderici nobis fuit humiliter supplicatum, ut prouidere sibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni uestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus uos, uel duo aut vnus uestrum, per uos, uel alium seu alios, omnes et singulas personas huiusmodi, illas uidelicet, quas ipse fridericus uobis per se uel alium duxerit nominandas in specie, alias uero in genere, sub excommunicationis et aliis formidabilibus penis sententiis et censuris, de quibus uobis uidebitur, auctoritate nostra moneatis et infra certum terminum peremptorium competentem, eisdem personis per uos prefigendum, sua sorte contente et perceptis in sortem computatis, Opida, Castra, Officia, aduocatias ac omnia alia bona supradicta et etiam ea, que ultra sortem, per usurariam prauitatem huiusmodi, a progenitoribus et friderico predictis, ut premittitur, extorserunt, restituant, et ab huiusmodi extorsionibus, depredationibus et inuasionibus penitus desistant, alioquin declaretis, easdem personas sententias et penas huiusmodi incurisse, easque faciatis excommunicatas et alias, ut tales publice nuntiari fideiussoribus, nec non iuramentis fideiussionibus, renuntiationibus ac aliis cautelis et conditionibus supradictis penitus relaxatis. Et nichilominus fideiussoribus prefatis, ne decetero obstagia dent, ac Hospitibus seu Hospitia publica aut priuata tenentibus, in partibus illis constitutis, ne obstagia sic facere uolentes decetero quoquo modo recipiant, sub eisdem penis, sententiis et censuris eadem auctoritate mandetis, Prouiso ne ad presentium executionem procedatis, nisi prefatus fridericus restituat, si quas prefati progenitores extorserunt, uel ipse extorsit aliquando usuras, cum frustra legis annexum inuocet, qui committit in legem, Et insuper processus per uos super hiis habendos legitimos, quotiens expedierit, aggrauare curetis, Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, Inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, Et nichilominus, si per summariam informationem per uos super hiis habendam uobis constiterit, quod monitiones, citationes et huiusmodi processus personis ipsis, nec non aliis, quas ipsi processus concernent, tute nequeant publicari, uos monitiones

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et citationes ac processus eosdem per edicta publica, locis affigenda publicis eisdem partibus uicinis, de quibus sit uerisimilis coniectura, quod ad notitiam personarum huiusmodi ac aliorum predictorum, quos ipsi processus concernent, peruenire ualeant, quotiens opus fuerit, auctoritate predicta publicare curetis. Volumus autem et eadem apostolica auctoritate decernimus, quod processus, monitiones et citationes per uos taliter, ut prefertur, habendi perinde monitos et citatos ipsos arctent ac, si eis intimati et insinuati presentialiter et personaliter extitissent, pie memorie Bonifacii pape VIIII predecessoris nostri ceterisque constitutionibus apostolicis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Seu, si aliquibus communiter uel diuisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Rome apud Sanctum petrum, Kalend. Decembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Original im Königl. Bair. Provinzialarchive zu Bamberg.

CCLXIX.

König Ruprecht gestattet seinem Schwager, Burggraf Friedrich VI., die von seinem Schwiegervater Friedrich V. ihm statt Ehegeld verpfändete Veste Hohentrüdingen und Heidenheim zurückzulösen.

4. December 1404.

Wir Ruprecht von gots gnaden Romischer kunig, zu allen zyten merer des Richs, Bekennen vnd dun kunt offinbar mit diesem briefe allen den, die yn sehent oder horent lesen. Als *Hoendrohendingen* die veste vnd *Heidenheim* der Marckte, mit zinsen, gulten vnd allen andern zugehorüngen, vns von dem hochgebornen fursten, vnserm lieben Sweher, *Burggraue Friederich von Nuremberg dem alten seliger gedechtnisse*, fur ein summe geltes, die er vns zu zugelte geben solte zu der Allerdurchluchtigsten hochgebornen furstynnen *Elizabeth* Romischer kunigynne, vnser lieben husfrauwen, verschrieben vnd Inngeben ist, nach uszwisunge der briefe*) daruber gemacht, als wir die auch etwie vil Jare biszher Innegehabt vnd beseszen haben, vnd als wir auch vnserm lieben getruwen Hannsen von Mittelburg dieselben vesten Hoendrohendingen vnd

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf